

(1277) 1278, febrer, 27

*Guillem Xandri capbreva els masos Bofill, Bou i Porta de Caldes, propis de l'ofici del priorat de Sant Daniel.*

ASD núm. 95, perg. orig., 170 x 115 mm.

Anno Domini .Mcc[L]xxvii., tercio kalendas marcii G[uilielmus] Xandrii parrochie de Calidis, iuratus et interrogatus dixit quod tenet mansum Bufill et mansum Bou et medietatem mansi Porta, qui omnes mansi sunt in parrochia de Calidis, quos omnes mansos predictos et personas confitetur tenere pro officio priora tus monasterii Sancti Danielis racione stabilimenti quod domina Acnes de Fuxano instituït in monasterio antedicto, et facit pro censu duo paria gallinarum pro manso Bou et pro manso Porta predictis.

Item facit pro censu .vii. solidos et .iiii. denarios pro manso Bufill, qui debent solui in festo Natalis Domini.

Item facit .r. migeriam bladi de locido ad mensuram Kalidarum infesto Sancti Felicis et tascham et mediam decimam de omnibus expletis que Deus dederit in terris ditorum mansorum, et iuravit per Deum et super .iiii. Euangelia Dei. Testes huius rei sunt Petrus Catalan de Franciac, Petrus de Bissania commorans Gerunde, Berengarius Miret, capelan de Sent Daniell.

Sense cloure. Afegim una modificació a la data, atès que la fundació d'Agnès de Foixà referida en el document tingué lloc el 1265 (núm. 275).

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 499